



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011860X

§. 46. Santandreas Marescallus a Paubignio occisus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

§. XLVI.

Sæcul. XVI.
A C 1562.

*Santandreas Marefcallus a Bobi-
nio trucidatus.*

Postquam Santandreas Marefcallus in postremo hoc conflictu cuncta necessaria imperia dedisset, illius equus viribus exhaustus concidit, tam funesto lapsu, ut Marefcallus illius pondere pressus haud amplius sese erigere posset, quocirca extensa dextera se captum cuidam Calvinistæ dedere coactus est, qui captum expedire conatus, equi sui dorso imponere voluit, ut illum ad securum quemdam locum transferret: at eodem ferme momento Marefcallus a Bobinio Nobili, qui in ejus comitatu erat, sclopeti ictu misere occisus fuit.

Hic demum fuit exitus Santandrea-
ni Marefcalli, qui non minus largiter naturæ dotibus ornatus, quam vitiis, flagitiisque insignis, florentem sub Henrico II. fortunam experiebatur, ac ceteroquin bello strenuus Dux erat: at tamen quamvis hic Princeps regnabat, ex Regni, ac privatorum spoliis vitam luxu ac magnificentia diffluentem agebat, nihilominus, ut summæ rerum præesset, dignus censebatur: Verum tot scelerum vindicem experiebatur Dei dexteram, cum ab illius, a quo nunquam sibi metuebat, manu interfectus perierat:

Hist. Eccles. Tom. XLV. X x por-

*Thuan. l. 34.
n 1.*

*Mem. de
Brant.*

*Mezeray
tom. 5. p. 110.*

Sæcul. XVI. porro ei in Franciæ Marefcalli munere
A.C. 1562. succedebat Imbertus Platerius.

Ceterum hæc pugna, in qua etiam Boissius apud Guisium Ducem supremus stabili Præfectus occisus fuit, per quatuor omnino horas durabat, atque cum ingenti vincendi aviditate, animique fortitudine utrinque pugnatum est.

§. XLVII.

Archithalassus post prælium secedens.

Thu. & Pop. **A**rchithalassus, cum undique violenta sclopetorum grandine impeteretur, numero impar receptui canere jubet, eodem tamen ordine, quo ad certamen ejus milites properabant, nam adhuc dum in primo agmine sub Hassio Marefcallo duo Germanorum equitum signa recensebat, ipsi vero medius inter eos, qui ex peditibus, & equitibus Galis supererant, incedebat, atque abductis secum omnibus belli tormentis composito gressu se ex prælio recepit: ultimum vero agmen Buchavianus intimus ejus amicus cum selectioribus copiis claudebat.

Equidem fugientes insequabatur Guisius Dux, verum vix septingentos vel octingentos passus confecerat, nocte conspectum utrique parti adimente, hostis in Novilla oppido plusquam unaleuca ab acie sito substitit: cum igitur